

Band VI., Nr. 2012, Seite 404-405

Marquard von Bopfingen, Marschall des verstorbenen Königs Konrad, übergibt dem Deutschordenshause in Ellingen Güter in Wössingen, einen Hof und Hofstätten mit einem Wald in Oberdorf, Hofstätten und 2 Häuser in Bopfingen unter verschiedenen Bedingungen.

Ohne Ortsangabe, 1268. Juni 3.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ea que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, litterarum vel personarum ydonearum testimonio sunt firmanda. Hinc est, quod ego Marquardus dictus de Bopfingen marschalcus quondam regis Chūnradi ad noticiam tam modernorum quam futurorum pervenire cupio et protendi, quod bona mea in Wessingen fratribus et domui domus Theuthonicorum in Ellingen contradidi tali pacto, quod iidem fratres redditus eorundem bonorum singulis annis michi dum vixero presentare tenentur. Post obitum vero meum memorati fratres dicta bona et redditus eorundem pro remedio anime mee et omnium parentum meorum imperpetuum libere retinebunt. Preterea eadem domus et fratres singulis annis in festo sancti Michahelis quatuor libras Hallensium de curia Othmarsuelt pro tempore vite mee michi dare tenentur, sed post obitum meum vel si religionem aliquam intravero ad dandum michi eandem summam erunt omnimodis absoluti. Insuper curiam meam in Oberndorf et areas meas ibidem cum nemore et areas meas in Bopfingen cum omnibus pertinenciis et duas domus ibidem eo iure censuali, quo de ecclesia Elwangensi tenui, de quibus tamen bonis singulis annis in die sancti Viti ecclesie Elwangensi libra cere solvitur, sepedicte domui et fratribus nullo michi iure in eis retento contradidi pleno iure volens et statuens, ut eadem bona in vita mea et post mortem meam a domo et fratribus Ellingen deo militantibus aliquo necessitatis articulo nullatenus alienentur. Ut autem hec rata et inconvulsa inantea maneant et perdurent, presentem literam sigillis nobilium virorum domini G. comitis de Hirzberch et domini F. comitis de Truhendingen, fratris Volmari de Bernhusen provincialis, mei et fratris H. de Mezzingen commendatoris in Ellingen duxi cautius muniendam. Testes huius donationis sunt: Sifridus de Sweiningen¹, Bertoldus de Mezzingen², Sifridus de Rechberch, Rudegerus dictus Dahs, Sifridus dictus de Leingrūbe, Vlricus dictus Pollinger et Epplinus de Wizzemburch et alii quam plures.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LXVIII^o., III^o. nonas Iunii.

¹Schwenningen, Rainau, AA, oder Schwenningen, Schwenningen, DLG.

²Obermässing, Greding, RH.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Noch anhängend das 3. 4. und 5. Siegel: 3) des Deutschordensprovinzials Volmar von Bernhausen, dasselbe Siegel, wie das S. 357 beschriebene seines Amtsvorgängers Gerhard von Hirschberg, Umschrift: + S . P(*re*)CEPTORIS . FRA(*n*)CONIE . SVEVIE . BAVWARIE . . (O und R, A und R verbunden); 4) des Ausstellers, schildförmig (IV. A. 1.): dreimal geteilter Schild, Umschrift: SIGILLVM . MARQVARDI . D . . BOPHINGEN; 5) des Komthurs von Ellingen, rund (II. B.): ein das Kreuz tragender Christus mit Heiligenschein um den Kopf, Umschrift: + *Sigillum* . COMMENDATORIS . IN . ELLINGEN. (O R verbunden.)

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Nürnberg

Signatur/Titel des Originals:

Ritterorden (Deutscher Orden) Urkunde 1923

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im HStA München.

Regesten:

Regesta Boica, Bd. 4, S. 761.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bernhausen Wohnplatz (481)
Bernhausen, Filderstadt, ES
Bopfingen Wohnplatz (4288)
Bopfingen, AA
Ellingen, WUG
Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
Ellwangen (Jagst), AA
Hirschberg, Beilngries, EI
Hohenrechberg Wohnplatz (4847)
Hohenrechberg, Schwäbisch Gmünd, AA
Oberdorf am Ipf Wohnplatz (4302)
Oberdorf am Ipf, Bopfingen, AA
Obermässing, Gredingen, RH
Ottmarsfeld, Höttingen, WUG
Schwenningen Aufgegangen (34207)
Schwenningen, DLG
Schwenningen, aufgegeg. in Schwabsberg, Rainau AA
Truhendingen (Burg), Wassertrüdingen, AN, W

IV

Weißenburg in Bayern, WUG
Wössingen Wohnplatz (4982)
Wössingen, Unterschneidheim, AA